

Nec ero in consilio ...

Eid eines Bologneser Professors (1. Dezember 1189).

Millesimo centesimo LXXXVIII., kalendis decembris, indictione VII. consules Bononie, scilicet dominus Gerardus Rolandini, Iacobus Bernardi, Cazanimicus, Boccaderunco, Rambertus de Albaro et Iacobus Alberti de Urso, voluntate et consensu totius consilii, promiserunt domino Lothario cremonensi, quod neque ipsi, neque aliquis successor eorum cogent predictum Lotharium aliquod sacramentum facere per quod magis sit districtus communi neque eum prohibebunt, vel cogent regere studium in civitate Bononie; et tunc incontinenti iuravit predictus Lotharius secundum tenorem infrascriptum: Iuro ego dominus Lotherius quod ab hoc die in antea non regam scolas legum in aliquo loco, nisi Bononie. **Nec ero in consilio ut studium huius civitatis minuatur,** et si scivero aliquem ipsum minuere velle, consulibus vel postestati qui pro tempore erunt, quam citius potero, nuntiabo et bona fide destruam, consulibus, vel postestati, qui pro tempore erunt, bona fide consilium et adiutorium dabo de omnibus, que a me petierint et credentiam eis tenebo.

Nach Mauro **Sarti** und Mauro **Fattorini**, De claris archigymnasiis Bononiensis professoribus a saeculo XI usque ad saeculum XIV 2, 2. Aufl. hrsg. Von Cesare **Albicini** und Carlo **Malagola**, Bologna 1896, S. 25.

bei: Heinrich **Rüthing** (Hg.): Die mittelalterliche Universität (Historische Texte / Mittelalter 16), Göttingen 1973, S. 36 Nr. 19